

henditur: illi studio perfequendarum ferarū  
allectū laboribus haud animum intendunt, hī  
quum pretermodum vocis harmonia capian  
tur, plerumq; fidium discordiā non recte per  
cipiunt, vicūq; tamen seſe res habet, quoniā  
modo Zeuſis Phidię Timāis copia caremus  
nec ipſe artu pingendi ſum inuitatus ea cōſpe  
ctu viciffim tibi deſcribam, & in breui formu  
la collocabo. Hęc igitur adijciātur ad opes &  
faſtus imperatorios, quos tu quidē auidius  
atq; curioſius percenſuiffi. Dinocrates archi  
tectus ab inferis in tuū obſequiū reuocatus,  
haud abſimilem regiam vibi, quam in Atho  
monte metarij conſtituerat, ex Numidico pa  
rio Laconico Ægyptio Dalmatico Porphyreti  
co marmore edificet: quam Athlaſvna, Her  
cules altera ex parte ſuis humeris ſuſtineant:  
Phegite lapide trar ſluceant parietes, atq; au  
ro & ebore lacunaria colluſtrēt: calcetur onix  
emblemate verniculato ſub cōchiliatis peris  
ſtromatis: multa veſtis Attalica, multa Britā:  
norum aulea viſantur, inſtratis ſplendide ac  
cubitis cocco & byſſo piloq; leporino & plu  
mis perdicum ſubalaribus ad ſomnū ſuapte  
inuitantibus: adſint & mētoris toreumata, &  
ſigna Policlei, & Apellis tabellę, Murrhina  
etiā atq; cryſtalina vaſa, & ingētes coloffi Prae